



289

LEOPOLDVS Divina favente clementia Electus
Romanorum Imperator, semper Augustus.

Honorabilis, Religiose, devote, dilecte. Reddita sunt Nobis littera
Vestra, quibus Nos Patrum Mexicanorum nomine, demitte^{re} ro-
gatis, ut Alexandrum Fabianum Presbyterum Angelopolita-
num, Sed. Regina Hispaniarum Ma^{tie} ex impense commenda-
remus, quo illum in Successorem Episcopi Mechiocanensis, iam
decrepiti & morti vicini denunciare sibi complaceat.

Et quemadmodum Nos in vota vestra lubenti animo condescenden-
tes, desideratas à Vobis commendatitias pro dicto Alexandro
Fabiano ad prelibata Regina Ma^{tie} iam expediri, easq. Con-
fessario nro, Honorabili Religioso, devoto Nobis singulari
ter dilecto P. Philippo Müller, Soci^o V^{ra} Sacerdoti tra-
di iussimus: Ita hoc vobis pro notitia & directione via
benigne significandum duximus. Vobis de reliquo gratia nostra
Cas^a propensi manentes. Datum in Civitate nostra Vienna,
die vigesima secunda Junij Anno 1667. Regnorum nostrorum
Romani Noni, Hungarici Duodecimi & Bohemici Undecimo.

Leopoldus

Joan. Paulus Stocheer

Cristophorus Abel


Handwritten text at the top of the page, appearing as a header or title.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.

290 ~~219~~

red mark



Honorabili, Religioso, devoto Nobis dilecto, P. Athanasio
Kirchero, Societatis S^{an}cti Sacrodoti. L.

[Decorative flourish]

